

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 25: De charitate (11)

Idem (Gregorius, in *Moralibus*):

Quod valde mens amat,
etiam in sermone replicat.

Sed quia
quod ualde mens amat
etiam in sermone saepius replicat
beatus Iob, quia internae pacis
frequentiam diligens conspicit,
descriptioni eius iterum seruit dicens:
Paruus et magnus ibi sunt et seruus liber
a domino suo.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 4.35-
36 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.214,
ll.15-17, 1-2).